Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

A. Propter fidem castitatis iussa sum suspendi in eculeo adiuva me domine deus meus in tortura mamillarum mearum. V. Specie tua. Hec dies beata Agatha flebat cottidie et orabat. sicut sitiens in ardore solis fluenta fontium concupiscit. ita desiderabat ad martyrii coronam attingere. et adversa pro Christi nomine supplicia sustinere. Videns quoque Afrodisia mentem eius immobilem permanere. abiit ad Quintianum. et dixit ei. Facilius possunt saxa molliri. et ferrum in plumbum converti. quam ab intentione christiana. hec virgo possit revocari. R. Ipse me coronavit qui per apostolum Petrum in custodia me confortavit pro eo quod iussa sum suspendi in eculeo propter fidem castitatis adiuva me domine deus meus in tortura mamillarum mearum. V. Vidisti domine agonem meum quomodo pugnavi in stadio sed quia nolui obedire mandatis principum. Adiuva. Ego quoque et filie mee sine cessatione invicem successimus. et per diem et noctem nihil aliud gessimus. nisi ut agerem qualiter animum eius ad consensum boni consilii inclinarem. Ego etiam et gemmas et auri textas vestes obtuli. ego domos et predia suburbana promisi. ego varios domus ornatus. ego familiam diversi sexus et etatis exhibui. sed ista omnia. quasi terram quam sub pedibus suis conculcat. ita pro nihilo computavit. R. Agathes letissima et glorianter ibat ad carcerem et quasi ad epulas invitata agonem suum domino precibus commendabat. V. Mens mea solidata est et a Christo fundata. Agone. Tunc iratus Quintianus. iussit eam ad secretarium suum adduci. et sedens pro tribunali. hoc initium sermonis fecit. Cuius conditionis es. Sancta Agatha respondit. Non solum ingenua sed et expectabilis generis. ut omnis parentela mea testatur. Quintianus dixit. Et si ingenua probaris et nobilis. cur moribus servilem te personam ostendis. R. Ego autem adiuta a domino perseverabo in confessione eius qui me salvam fecit et consolatus est me. V. Medicinam carnalem corpori meo numquam exhibui sed habeo dominum Ihesum Christum. Quoniam. Sancta Agatha respondit. Ancilla Christi sum. ideo me ostendo servilem personam. Quintianus dixit. Quid ergo. Nos ingenuitatem non habemus. qui servitium Christi contempnimus. et deorum nostrorum sequimur. Sancta Agatha respondit. Inge